

(g) Et idem a posteriori colligitur.

~~Non~~^{ann} concipi solet satisfactio vel cum S. Thoma tamquam id quod Deus magis diligit quam odit peccata, vel cum S. Anselmo tamquam opus in honorem Dei, vel ^{cum} aliis theologis tamquam compensatio quaedam propter offensam Dei, vel secundum praenotamina nostra tamquam susceptio poenae in contextu veniae petendae et concedendae. Quae quidem omnia implicite continentur in hoc quod Christus propter peccata passus et mortuus est.

(h) Quare, quaecumque de satisfactione Christi dicuntur, etiam in hoc implicite ⁱⁿ continentur, quod Christus ideo est passus et mortuus quia peccata detestatus est et de peccatis doluit.

Nam ex (e) habetur aequivalentia inter "propter peccata" et "quia peccata detestatus est et de iis doluit."

(i) Passio et mors Christi est expressio interioris Christi detestationis et doloris de ~~pe~~ peccatis.

Quod dupliciter manifestatur. Primo modo, quia Christi hominis ~~detestatio~~ et dolor de peccatis dicunt voluntatem Christi qua motam per motivum acceptandae passionis et mortis. Altero modo, quia omnes christiani, Christum patientem et morientem ^{contemplantes,} intelligunt motivum istius ⁱⁿ passionis et mortis tum secundum quod motivum est tum secundum quod movet Christi voluntatem.

(j) Satisfactio Christi formaliter est actus exterior.

Nam hanc ob causam satisfactio ~~non~~ vicaria esse potest, Sum. theol., III, q. 48, a. 2 ad 1m; cf. q. 48, a. 6 ad 3m.

Praeterea, actus Christi interiores, uti caritas Christi, nominantur a S. Thoma "principium" satisfactionis, Ibid., q. 14, a. 1 ad 1m.

577

Notate actum exteriorem non ita dividi contra interiorem
ut exterior non sit voluntarius. Sum. theol., I-II, q. 20, a. 2 ad 3m.

(k) Non ergo ipsa Christi detestatio ~~peccatorum~~ peccatorum eiusque
de peccatis dolor, sed huius detestationis atque doloris
expressio ~~namque~~ facit satisfactionem Christi formalem.

Nam ipsa detestatio ipseque dolor sunt actus interiores;
eorum autem expressio est actus exterior; et ex dictis (j)
satisfactio formaliter est actus ~~namque~~ exterior.

(l) Quibus collectis, habetur intentum: satisfactionem
Christi vicariae passioni et morti addere ~~expressionem~~
summae detestationis omnium peccatorum et ~~summi~~ ^{summi} doloris de
omni offensa Dei.

(m) Quam autem peccati detestationem Christus per acceptam
passionem et mortem ~~expressit~~, eandem etiam Deus expressit.

Nam in Christo homo ⁱⁿ quasi "visibiliter Deum cognoscimus,"
Praefatio ~~nativitatis~~ ^{nativitatis} Domini.

Rom 8, 3: Deus Filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati et de peccato damnavit peccatum in carne, ut
iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem
~~sed~~ ambulamus sed secundum spiritum. Nam quod Deus suum
iudicium de peccato in passione et morte Christi expressit,
intelligi posse videtur in illis ~~nam~~ verbis, "damnavit peccatum
in carne."

Et idem concluditur ex eo quod iam est probatum:
divina praeordinatione Christum esse morti traditum, eum pati
oportuisse, etc., cuius praeordinationis ratio est peccatum,
nam ~~in~~ Deus misit Filium ~~in~~ suum de peccato.

Quapropter, cum ad evolutionem in genere iam attenderimus, remanet ut ad particularia dogmata transeamus quae hoc in opusculo tractanda sunt. Quorum initium atque principium sane fuit quod in c. Nicaeno de Filio consubstantiali cum Patre statutum est.

Et mirari quidem solent homines quod nisi post tria saecula ad hanc definitam doctrinam non sit perventum, quasi quod tunc factum sit, ^{clarius} ~~clarum~~ anteactis temporibus fuisset obscurius, et quod tunc distincte agnitum sit nisi confuse a prioribus generationibus non fuisset apprehensum.

At hanc admirationem principaliter amovet quam diximus generica rei consideratio. Quod enim aetate antenicaena evolvebatur, non solum doctrina erat de Christo, sed etiam ipsa dogmatica mentalitas. Praescindendum enim erat a caeteris scripturarum divitiis ut ad sola vera ibi contenta attendatur; ex omnibus veris seligenda, ^{et quasi} ordianda, ⁱⁿ unum quoddam reducenda erant vera quae Christum respiciebant; quae quidem non a quolibet subiecto fieri poterant, sed a solis excultioribus; sed et ipsi exculi consiliari atque deliberare debebant utrum congrue, pie, sancte eiusmodi evolutionem peragerent; neque ad finem dogmaticum pertingi potuit, nisi simul haec omnia fierent; neque sufficiebat unius vel paucorum privata opinio, sed requirebatur totius ecclesiae consensus atque concordia, ubi res novitate non carebat, ubi facilior erat mala intelligentia, ubi communius inter homines non oriuntur nisi discidia. Quae cum ^{esse} ~~ita sint, potius agnosceanda videntur divinae providentiae gubernium~~ atque sancti Spiritus illuminatio atque inspiratio, quam admiranda ~~et~~ nescio quae ingeniorum tarditas.

Quibus tamen genericis considerationibus adiungenda sane est personarum rerumque particularis notitia; quae tamen cum sequentibus sectionibus praestanda sit, nunc non remanet nisi ut brevissime ~~recolamus qua methodo procedendum esse videatur.~~

Quibus dictis, ita quattuor aspectus evolutionis dogmaticae enumeravimus atque descripsimus, ut [↓] quidam quasi circulus claudi videatur. Omnis enim vel motus vel evolutio, cum ab alio termino procedat ut ad alium perveniat, in aliqua differentia comparativa discernitur atque conspicitur. Ab obiectiva ~~ergo~~ ergo incepimus differentia quae in ipsis documentis inter se comparatis elucet, quaeque in mutato genere litterario et in mutata verorum apprehensione consistit. At haec in obiectis posita differentia aliam et subiectivam secum ferebat: qui enim alio genere litterario utitur et alio quodam modo vera apprehendit atque considerat, etiam aliud quoddam interioris conscientiae quasi schema adhibet. Praeterea, cum hominis sit non solum agere sed etiam ipsos suos actus considerare, iudicare, aestimare, iam enumeratis differentis obiectivae et subiectivae ~~percedunt~~ accedit tertium genus aestimativum, si quidem una eademque dogmatica evolutio ab aliis laudatur et ab aliis reprehenditur; et cum utraque pars tam suas tuetur rationes quam alterius rationes refutet, mox haec reflexa dogmatum consideratio ad quaestiones prorsus fundamentales pervenit. Denique, non hodiernae tantummodo ^{sunt} fundamentales quaestiones, sed omni tempore etsi alio et alio modo moveri solent. ~~Quam ob causam, sicut hodie ob has quaestiones dividuntur auctores rei historicae et exegeticae peritissimi, ita etiam olim~~ Quam ob causam, sicut hodie peritissimi rei historicae et exegeticae auctores non tantum propter particularia atque minima ~~et~~ inter se discrepant quantum ipsis principiis atque fundamentis dividuntur, ita etiam in ipsis evolvendis dogmatibus eadem principia atque fundamenta maximam suam partem habuerunt. Quod si nihil magis ipsa veri ratione vel principale vel fundamentale est, iam ~~hanc~~ eo pervenimus unde incepimus, cum in ipsa prima et obiectiva differentia de diversis veri apprehensionibus actum sit.

posueris perfectionem, ad notionem consubstantialitatis concipiendam pervenies. Considerandae ergo sunt non imagines sed veritates. Neque de ea veritate agitur quae emanatio quaedam erat intra pleroma gnosticum, sed de veritate propositionali, sicut etiam est veritas quae in verbo Dei invenitur. Neque haec veritas rebus correspondet mediante nescio qua perceptione vel intuitione, uti realismo nativo placet, vel mediantibus ideis quibusdam vel formis, uti vult platonismus; sed ipsum verum est medium in quo cognoscitur ens. Quando ergo confitemur: "Quod enim de tua gloria revelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto, sine differentia ~~discretionionis sentimus~~, ~~ad eandem mensuram eandem realia~~ discretionionis sentimus", sicut eadem vera, ita eandem realitatem Patri et Filio et Spiritui sancto attribuimus. Quod nihil est aliud quam quod significat "consubstantiale."

PARS PRIMA

P R A E M I T T E N D A

Cum inde a Petavio quaeri soleat cur antiquissimi scriptores christiani adeo decreta nicaena aliaque subsequenta non praeviderint ut opposita interdum sensisse videantur, non nulla ipsis thesibus praemittenda esse videtur tum de ratione evolutionis dogmaticae tum de sententiis quae apud auctores antenicaenos leguntur. Hac enim quaestione expedita atque amota, non solum clarius et facilius redditur argumentum patristicum sed etiam elucet quamam via ex *ipsis* scripturis ad conciliaria decreta procedatur.

In genere ergo dogmatica evolutio quattuor~~or~~ praebet aspectus: aestimativum, obiectivum, ~~existentialem~~, et hermen~~e~~uticum.

Obiectivus est aspectus qui ex ~~comparanda~~ evangeliiis et conciliis inter se comparatis elucet. Qui enim evangelia aliave scripta apostolica legit, illud experiri solet quod non solum verum docent sed etiam sensibilitatem penetrant, imaginationem excitant, affectum commovent, oculos aperiunt, cor tangunt, voluntatem alliciunt atque impellunt. Sed alterius prorsus generis inveniuntur decreta conciliaria quae ita verum clare exacteque declarant ut hominis sensum, affectum, voluntatem praeterire videantur et nisi intellectum non nutrire. Quibus accedit quod gravius esse reputatur. Non enim illa ipsa vera, quae multa in scripturis proponuntur, a conciliis fideliter ^{*iisdem nominibus verbisque*} selecta, repetuntur; sed saepius intercedit processus quidam syntheticus qui multa in scripturis dicta ad unum reducat idque et fundamentale et terminis technicis expressum.

ut multipliciter describi atque narrari possit quin ^{haec multiplicitas} unquam ad claritatem definitionis vel theorematis producat.

Dicuntur proinde dogmata parum esse religiosa dum, e contra, ita laudibus effertur ⁱ antiqua simplicitas mentis hebraicae ut eam ^{populo israelitico} diceres divinitus ^{nummibus} datam, ipsis sacris libris sancitam, et omnibus omnis temporis hominibus veluti exemplar propositam. At dubitari potest utrum bene fundata sit haec opinatio si quidem, conscientia sese evolvente, etiam religio evolvatur necesse est.

Nam quo magis ad tempora antiquiora ascendimus, eo minus differentiata invenitur conscientia non solum Hebraeorum sed omnium gentium. Quo autem minus differentiata est conscientia, eo ~~etiam~~ minus discernuntur res sacrae resque profanae, cum omnia simili quodam modo peragat indifferentiata

magis tendit ut omnia peragat vel eodem vel similiⁱ quodam modo.

Quam ob causam, inter antiquissimas gentes adeo non discerni atque separari solent res sacrae resque profanae ut potius mutuo sese penetrent; et ^{antiqui} ideo, quasi sublata distinctione, inveniuntur homines in rebus profanis religiosissimi et in rebus sacris ad

idolatriam maxime propensi. Quae cum ita sint, dubitari sane potest laudatam mentis hebraicae simplicitatem singulariter fuisse religiosam quae ab idolorum cultu non retineretur nisi per doctrinam prophetarum divinitus ~~data~~ inspiratam, vehementer inculcatam, et saepissime repetitam.

~~Quod si indifferentiata conscientia a vera religione per~~ ^{maxime} ~~idolatriam alienatur, dupliciter a religione recedit conscientia~~ ^{multipliciter} ~~differentiata et intellectualiter exulta. Per saecularismum enim~~ ~~omnem religionem e vita humana depellendam esse iudicat. Per~~ ~~infantiliam autem religionem e vita adulta ideo amovet quia~~ ^u ~~religiosam censet esse hominem qui, diebus dominicis, ad modam~~ ~~cogitandi, loquendi, agendi redit qui parvulis vel primitivis competat.~~

Ubi autem dogmata impugnaturⁿ quasi religioni opposita atque aliena, tot tantaeque fieri solent confusiones ut longius esse videatur omnes enumerare. Sane nisi in conscientia differentiata atque intellectualiter exculta non invenitur ille saecularismus qui omnem religionem iudicat esse falsam et e vita humana penitus eradicandam; at π saecularismo nihil magis opponitur quam dogma

Sequitur quinto quaenam sit totius huius quaestionis quasi crux, nempe, idem hodie ac primo aevo christiano esse problema radicale. Post tria saecula, post multa tentamina minus felicia, perventum est ad dogma nicaenum, Filium esse Patri consubstantialem. Neque difficultatem faciebat recepta de Filio doctrina scripturistica et traditionalis, sed tota difficultas erat in modo receptionis purificando atque perficiendo. Ab aliis erat praescindendum ut ad veritatem attendatur; ab alia veritate erat praescindendum ut ad propositionalem veritatem, ad verbi veritatem, attendatur; tanta in verbo vero habenda erat fiducia ut non experientis, non conceptionibus, sed veris verbis correspondere agnosceretur realitas. At haec olim peracta purificatio atque adepta & perfectio non semel pro semper peracta atque adepta est. In singulis addiscentibus iteranda est, secus sub aliis semperque novis formis recurrunt antiquissima impedimenta. Alii a modo cogitandi et loquendi scripturistico recedere nolunt; alii conscientiam intellectualiter exultant & timent; alii aliam veritatem laudant sed propositionalem nisi mythorum fontem non censent; alii in dogmatibus iam inceptam vident metaphysicam quam odio habent; alii methodum set stricte positivam ita colunt ut alias et communiores in scientiis methodos non solum ignorent sed etiam excludant. Lata ergo et plana est via et omni indoli omnique ingenio accommodata, si dogmata vis evitare, si vis ea pmo aberrationes habere, si mitius ea iudicas olim admissa propter dolendam quamdam necessitatem ex particularibus adiunctis ortam.

Quo quidem modo sese evolvente, et profecit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ex claritate in claritatem.

Sequitur quarto ^{methodus} quatenam, hac in re investiganda adhiberi debeat. Aliud enim est est quaerere quid antiquitus notum sit; aliud prorsus est quaerere quid antiquitus factum sit. Qui de antiqua scientia quaerit, ~~est~~ rite eam adhibet methodum quae nihil admittat nisi quod antiquitus vel dictum sit vel saltem cogitatum. Qui autem de factis antiquis quaerit, non antiquorum sed modernorum utitur scientia ut ea determinet, quaerat, inveniatur, seligat, ordinet, quaecumque manifestent quid re vera olim factum sit.

Cuius rei ratio haud obscura est. Plus enim faciunt homines quam sciunt se fecisse. Ita antiqui Romani ordinem oeconomicum ^{diu} et magnum et complexum erexerunt atque, servaverunt; qualis autem fuerit ille ordo parum intelligis, si aliam nescis scientiam oeconomicam nisi quam sciverunt antiqui Romani. Et similiter ad evolutionem dogmaticam praeparandam multum fecerunt scriptores christiani et antenicaeni; sed iidem scriptores vel parum vel potius nullatenus ~~minimè~~ cognoverunt quid sit evolutio dogmatica.

Quam ob causam, ordiendum esse duximus ex ratione evolutionis dogmaticae. Quod si quis clamat nos modo aprioristico procedere, distinguendum est inter a priori simpliciter et a priori secundum quid. distinguendum esse videtur inter ordinem inventionis et ordinem expositionis. Porro in ordine expositionis, uti patet, ab eo incipi oportet quod prius intelligi debeat ut subsequenter intelligi possint; et ideo a ratione evolutionis dogmaticae ordimur. In ordine autem inventionis ex scientia psychologica eaque rationali incipitur ut perspiciatur quid sit intelligere, quid addiscere, quid nova invenire, quemadmodum aliud inventum in alia invenienda conducant, et sescenta alia eiusdem generis. Quibus determinatis